



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

9. Maij. 7. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Quoniam quid scire magis, priusve oporteat,
 scienti- Tempus enim breve est. Est autem,
 a fit quod in se est, omnis scientia bona,
 utilif- quae tamen veritate subnixa sit: sed
 simat tu qui cum timore & tremore tuam
 ipsius operari salutem pro temporis
 brevitatem festinas, ea scire prius am-
 pliusque curato, quae senseris viciniora
 saluti.



9. Maij. 7. Idus.

Obijt
 anno
 1165.

B. P E T R E, Alphonsi primi Lusita-
 norum Regis frater: qui negotio-
 rum causam ad Claramvallem missus,
 dulcissimo BERNARDI colloquio
 in tantum captus es, ut eidem promi-
 seris, dimissam profanam, sacram sub Ci-
 stercio militiam sequi. Verum cum &
 ingenti corporis specie, & robore nulli
 esses ea tempestate secundus; praeterea
 multis Maurorum victorijs inclytus;
 evanescere inter blandientis fortunae
 & armorum strepitus, pius ille spiri-
 tus coepit. Cum idem, a quo illum ac-
 ceperas BERNARDUS, tibi per vi-
 sum candidam cucullam obtulit: reni-
 tenti primum; quam tamen, promisso
 in me.

S. Ber-
 nardus
 illum

in memoriam redeunte; gratanter acceptatam in Alcobatia induisti. Sed animum inter belli pericula imperterritum penè deiecit monastica sobrietas; cum vastum corpus castrensi assuetum luxui frugalem Regulæ parsimoniam non ferret. Adhibuisti quidem compescendo malo flagella, aliásque pœnalitates; frustra tamen, nisi in auxilium vocata castrorum acies MARIA impresso fronti tuæ Crucis signo, hoc animi carnísque dissidium composuisset. Porrò quàm rigidam à te disciplinæ observantiam exegeris; vel ex hoc uno liquet: quòd cum te quispiam pristinæ militiæ confors inviseret, & jactantiùs de bellicis facinoribus disseruisses: ejus sermonis noxam septem mensium silentio ita castigaveris; ut nullum verbum, nisi in oratione protuleris. Sic texens victorijs victorias, evolâsti ad immarcessibilem coronam in regno, quod non nisi victores admittit. Id sanè insueti luminis, odorísque amœnitas in obitu totam domum perfundens, manifestè indicavit. *Gaudeo de triumphis tuis: nec ignoro, quibus armis illos comparaveris. Tu modò firmato manus meas in certamine: cadet utiq; in conspectu meo adversarius, si illi sit cum duobus congregiendum.*

Tentationes vincit ope B.V.

Incautum sermonem rigidè punit.

Auxilium in pugna.

Q B. G. E.

*Circa
annum
1135.*

B. GERARDE: qui abjecto militari balteo, quo eras famosissimus; relictis prætereà divitijs longè maximis, inter pauperes Villarij Conversos tot virtutum titulis claruisti, quot olim inter arma trophæis. Sed feliciùs sub vexillo Christi merébas; sub quo nempe sanctimonie gloriam, & pro stipendio cœlum reportâsti. *Culpa excusabilis est, aberrare à via, quam nulla vestigia notaverint. Recta in cœlum via mille sanctorum, atque ipsius Dei-Hominis vestigijs trita est. Quis proinde rubor erit, per illa progredi nolentis?*

*Via in
cœlum
est nota*

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

*Christi
exem-
plum
incitat
ad pu-
gnam*

Tu, Domine Jesu, doces manus meas ad prælium exemplo virtutis tue, tu caput meum post victoriâ tuæ coronas præsentia majestatis. Sive quia pugnâtem te specto; sive quia te expecto non solum coronantem, sed & coronam: in utroq; mirabiliter tibi me allicis; uterq; funis violentissimus ad trahendum.

